

rum copiam ibidem repertam, tradunt scriptores. Apud Romanum machina etiam fuit fulminans, & tonitru referens, qualem dicitur habuisse Caligula, quae lapides ejaculabatur: ut est apud Dionem. Ex Virgilio, lib. 6. Aeneid. similem describit:

Dum flammas Iovis, & sonitus Olympi, &c. De inventore autem tam pulveris pyriti, quam tormentorum, tale legitur Epigramma, Dum parat humano generi Chymista medelam, Sulphura Mulsiberis vi sale mista coquens, Mulsiber ostendit mortalius acre venenum, Quo nullum letho corpora plura dedit, Quae latere alios, haec quidam nomina scribunt, Bertholdumque vocant nomine rege Nigrum. Meminit Iosephus machinae non ab similibus bombardae, qua utebantur in obsidione Hierosolymae, per quam lapides jaculabantur tanta vehementia, ut singula laxa talenti pondus aequarent, ad studium torquerentur. Lib. 6. de bello Iudaico, cap. 7. & 9.

B Extat de Bôbardis nostris. Enigma Jacobi Torelli Fanensis: Vulcanus genuit: peperit Natura: Minerva Edocuit: nutrit: ars fuit atque dies, Vis mea de nihilo: Tria sunt mihi corpora passum: Sunt quatuor strages, ira, ruina, fragor, Dic hospes quid sis? num terra aut bellua Ponti? Aut neutrum? aut quo sim facta vel orta loco? Confutat Lector Cornel. Lempiu de origine Frisiae. l. 2. c. 20. VIS, & PERNICIES.

Bella veterum cum nostratibus collata, ludus sunt propter bombardatum majorum usum. sic ut nulli jam fortitudo manuum aut corporis patrocinetur, barbara hac mole obvium quemcumque sternent. Octoginta homines unico ictu traherentur in pugna Alberti Caesaris cum Polonis in Bohemia, scribit Conrad. Decius in Hist. Austriac. l. 6. Etiam in pugna illa inter Germanos & Hispanos ann. 1512. prope Ravensham missa, unico globo 40. Germani sublatis è medio. P. Jovius lib. 4. Hist. Uri in pugna navali inter Gallos & Catalanos prope sinum Salernitanum, ex Auræ prætoris emissus bombardae globus, ultra 50. Hispanos occidit: ut refert Pontus Heuterus. Alia exempla, proh dolor! languinaris hujus machinae ad manum passim sunt.

Quare Tit. de Inventione.

Bombyces. ET EORUM CURATORIS.

Fla quae ad texturam usurpant Seres, è nulla stirpe sunt. Nascitur in eorum terra vermis, quem serem Graeci, ipsi longè alio appellant nomine: magnitudine est id insectum dupla maximi scarabei, cætera araneo simillimum. Hoc Seres accuratè nutriunt, cellas illis cum æstivas, tum hybernas aptè fabricantes. Pedibus (haber verò octo, quot & aranea) sub arboribus textile facit. Annos ferme quatuor panico alitur. Quintò demum (neque enim longior contingit vita) viridem apponunt arundinem: quo pabulo bestiola illa maxima delectatur: eo satur sagina rumpitur. Educunt inde è visceribus staminum volumina. Satis constat, Seriam insulam sitam in rubri maris recessu. Audivi verò qui dicerent, Serem annem illam facere, non aliter quam Nilus eam, cui Delta nomen: neque enim mari ulla ex parte incingit. Paus. lib. 6.

Offenses Scythiae populi, Latine sylvarum nobiles, perisua aqua, frondium quicquid depercutitur: unde geminus nostris mulieribus datus est labor, fila redordiendi, rursusque texendi, tam multiplici opere jam longinquo orbe petitus, ut in publico (ut ait Plinius) matrona perluceat. Bonfin. lib. 1. Der. ad. 1. Hung. Hist.

Quare pteraque Tit. Bysus, ubi etiam de his vermibus.

Bonum. Bonitas.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

Bonum, nomen est generale, & honesta simul & utilia complexens: ut bonum animi, corporis, & fortunæ. Ut dicitur illud, quod sui gratia expetendum est, ab Aristoteli. 1. Aethiorum. & ad Græcè. 1. Ludovicus Bavarus inquirerit, quatenam bonorum nomine intelligenda censeret, ait Soli bona, quae honesta. Ita ante eum in Paradoxo Cicero. Heu quam multi ab scopis declinant, quibus in ore & corde:

Quarendae pecunia primium.

Virtus post numeros!

EJUS COGNITIO DIFFICILIS.

At difficilis inter homines verbi boni cognitio, unde rogatus vit prudens & disertus, cur homo facilis ad aliarum rerum quam veri Boni cognitionem deveniret: Defectu, inquebat, recti iudicis. Velut enim apud Plutarcum, Scythia juravit, se malle audire hincientem equum, quam canentem cytharæ: dum ita paucis inest veri Boni sensus: quod venisset admodum & doctè suo avo etiam expressit Juven. Sat. 10. cum ait:

Omnibus in terris, qua sunt à Gadibus usque Auroram & Gangem, pauci dignoscere possunt Vera bona, atque illis multum diversa, remota Erroris nebula. Quid enim ratione timemus, Aut cupimus? qui tam dextro pede concipis, ut te Conatus non punitat voragie peracti? Laur. Beyer. in Apoph. Christian.

Seneca Epist. 118. Bonum desinit, quod animum invitat, & ad se vocat. Diog. aliter, id bonum appellabat, quod esset natura absolutum. Stoicè verò, quod utile, bonum dicebant. Ut autem virtutem intelligebant. Apud Laer. bonum finitur quod absolutum sit secundum naturam pariter rationalis.

BONI ET BONORUM DIVISIONES.

Stoici Bonum trifariam distinguunt. 1. A quo utilitas, ut est virtus. 2. Per quod utilitas ut ad actiones virtutis. 3. Quod ipsum potest utile esse. Sic amicum, & virtum dicimus bonum. Bonorum autem alia sunt in animo, ut virtutes, actiones laudabiles: Alia extra illum, ut amici, &c. Denique neutra, ut viri probi. Stobæus & Sextus.

Generalior divisio est in Bonam animi, Corporis, Fortunæ Iterum Stobæus, & Cato apud Cicero, ponunt Bonorū alia Finalia, Græcè τελικά, ut gaudium, fiducia ex virtute: alia efficientia, ut vit prudens, amicus; alia utraq; ut virtus. Et hi quidem sanctatem, Opes, Gloriam, iustque similia inter Adiaphora censebant, uti & Ingenium, Liberos, &c. De quibus vide J. Lipsium lib. 2. manducation. ad Stoc. Philos.

Consultatur Locus de Beatitudine.

BONUS VIR.

Raram avem in terris producimur in medium, Virum Bonum: de quo rogatus aliquando Clemens Alexandrinus, G quid sentiret; Eum, inquebat, hoc nomine appellari posse existimo, qui paucissima desiderat: Semper enim inops, quicunque cupit. L. Beyer. in Apoph. Christian.

Petrus Aldobrandinus Car. siccitatis, quodnam in terris potissimum refertur mortales ex virtute præmium: Ut viri stant, inquit. Præclara vox! Vir enim à virtute & est & dicitur. Flot. Farnes. in Apoph. de Principe. Frequenter etiam dicebat: Bonis viris leges scriptæ non sunt, quia vitio quod honestum est, sequuntur, quia

Oderunt peccare boni virtutis amore. ibid.

Engeniae Philippi filiae solum id cura erat, ut viro bono desponsaretur. Cum itaque eam pater in conjugem trahere destinasset filio prædis Aquileæ, juveni moribus & forma corporis insigni, non tamen Religione orthodoxa imbuto, ita eum affatur: Pater, maritus moribus, non natalibus eligendus: illo enim non parentibus eius utimur, quod pulchre expressit Poeta:

Aliena laudat, qui genus laudat sumum;

At sua laudat, mores qui probat suos.

Ceterum virum bonū his verbis descripsit Auson. Idyll. 12 H

Index ipse sui totum se explorat ad unguem,

Quid proceres, vanique seras quod opinio vulgi,

Securus, mundi instar habens teres atque rotundas,

Externe ne quid labis per levia sidat.

Ille dies quam longus erit sub fœdere Cancræ,

Quantæque nox tropico se porrigit in Capricorno,

Cogitat, & iusto trutinæ se examine pensat,

Ne quid hiet, ne quid protuberet, angulus aquis

Partibus ut coeat, nil ut deliret amissis.

Sic solidum quodcumque subest: nec inania subitus

Indicet admetus digitis pellenibus ictus.

Non prius in dulcens declinat lumina somnum,

Omnia quam longi reputaverit acta dies,

Quæ prætergressus: quid gestum in tempore: quid non?

Cur isti facti decus adpuit, quæ ratio illi?

Quid mihi præteritum? cur hæc sententia sedet?

Quam melius mutare fuit: miseratur exentem,

Cur aliquem fracta pensasti mente dolorem

Quid volui, quod nolle bonum foret: utile honesto

Cur

A Cur malus antetuli: non dicto aut denique vultu Perfrictus quisquam: cur me natura magis quam Disciplina trahat? sic dicta & facta per omnia Ingressus, ortoque à vespere cuncta revolvens, Offensus pravis, dat palmam & premia rectis. BONI VIRI IN GENERE. POPULI BONI. De Præfice hominibus sub Saturno sic scribit Arat. in Phen.

Opto adyætu tirs vixes & hrisara, Oidi diangeth & cæuquid, & kudys, Kites d'iqes, xæstet d'atitæto d'elæata, Kai liot iou mis d'ioyædy hysæto. Moxia d'aita xapty d'ian d'repa d'ingon. Nondum diras noverat contentiones, neque disceptationem quærimoniis plenam, neque tumultum aut bellum: sed simplicitate vivebant, & procul aberat mare periculorum: nec dum naves è longinquis regionibus annonam advehebant. Sed boves, & aratra, & ipsa domina populorum, copiosa omnia suppedibat largitrix iustorum.

Notus est Enii versus ex Cic. l. 5. de Rep. de Rom. præfice.

B Moribus antiquis res stat Romana, virisque. Non alia gens laudatior quam Massiliensium in Gallia Narbonensi, si Cicero credimus, sique vera memorat Valerius Maximus libro secundo, capite de Institutis, multa commemorans de disciplina ejus civitatis, quæ nec mimos illos in scenam admiserit, ne parum pudicis fabularum argumentis civium mores inficeretur: nec eos, qui religionis prætextu vitam inerte & otiosa fecerantur, intra portas receperit. Aliaque id genus de Massiliensium severitate referuntur apud auctores. Eras. in Adag.

Scythæ moderatissimi & abstinentes, & suapte natura probi: quod Romani ac Græci vix præceptis ac disciplinis philosophorum consequi poterunt. Plus enim his profuit ignorantia vitiorum, quam illis cognitio virtutis. Bonfinius l. 2. Dec. 1.

Apud Germanos plus boni mores valent, quam alibi bonæ leges. Corn. Tacitus in moribus Germanorum.

PRIVATI HOMINES.

Consule Tit. Praconiorum & Encomiurum. Item, Nominata inposita à Iustitia. Item, Iudicium prudens de bonis animi.

C Ripheum Trojanum virg. lib. 2. E. commendat his verbis: cadit & Ripheus, iustissimus unus.

Qui fuit in Teucris, & servatissimus aqvi.

De Emathione Ovid. lib. 8. Metamorphoseon: Emathion equi cultor, simidulque deorum.

Lamponem Aeginetam Pindarus Ode 8. Isthmiorum laudans, inter cætera inquit:

Kai Eivon d'ayænyes d'ayæto, Moxa p' zyma d'ayæto, Moxa d' è xat'ayæto, Moxa d' è d'ayæto.

dane xivon d'ayæto d'ayæto d'ayæto, Naxivon xivon d'ayæto.

Καλαδ'αυατ' αινου. Sed & beneficentia, quam in hospites exercet, commendatur. Moderata enim in animo suo loquens, moderata etiam obtinens, linguam non imprudenter gerit. Dixerit, illum inter athletas esse id, quod est Naxia ferum domans inter reliquas petras.

Atheniensem urbem verè dicitur Vitos, qui virtutem fedtantur, optimos: & qui vitia, terretimos ferre. Sicut telus eorum optimum mel & cicutam edit exitiosissimam. Plat. in Dion.

Phocion, Proci filius, multis pecuniis dedit: & filias aliorum elocavit, & omnibus sua remisit. Bonus igitur vocatus est communi suffragio in Conclione. Cum jus dicebat, tempore abolvebat. Quod verò de Satyro Demosthenes & Apollonias filius dicit, hoc quidem ad Phocionem referunt, & illum accepisse illas, Athenaque perductas elocasse tradunt. Svidas.

Ennius VII. Annalium, sub Servilii persona, viri optimi munus describit:

Ingenium cui nullam alium sententia suadet

Vi facinus faceret: lenis, tamen hæva malus, idem

Doctus, fidelis, suavis homo, sacundus, suoque

Contentus, scitis, atque beatus, secunda loquens in

Tempore, commodus & verborum vir paucorum,

Mula tenens antiqua, sepulta, & sepe venustas

Quæ facit, & mores veteresque novosque tenentem,

Multorum veterum leges, diuinæque, hominumque,

L. B. Theat. vice Human. Tom. 1.

Prudentem, qui multa loquere, tacere possit. Horat. lib. 4. Carminum, Lollium his verbis commendat, est animus tibi

Reverentem, & secundis

Temporibus, ambisque rebus,

Vindex avare fraudis, & abstinentis

Ducentis ad se cuncta pecunia:

Consulque non unius anni,

Sed quoties bonus atque fidus

Index honestum prætulit uti, &

Rejecit alto dona nocentium

Vultu, & per obstantes catervas

Explicuit sua victor arma.

Aclepiodoti investigatione, qui Athenis inivit in Syrlam peregrinationem, ut mores hominum perspicere, Viri Boni tantum modò tres numero inventi fuere, Iapius apud Antiochiam Philo sophus: Laodicea: Mares, omnium ejus ceteris iustissimus: & Dominus philo sophus, cognomento Aristides. Calius lib. 1. cap. 3. A. L. S. ex vida, & Plus. de Socratis dem.

BONI SIMUL ET SAPIENTES.

Consule Tit. Sapiendum, quatenus idem & eruditum & F

præfice virtutibus excelluerunt, quos Græci præclara

voce καλοκαγαθῶν vocant.

Quotquot noverere Socratem, qualis fuerit (inquit Xenophon libro quarto Memorabilium) ex his qui virtutis cupidus sunt, etiam nunc eum perpetuo desiderio exoptant, ut qui ad virtutis studium utilissimus fuerit. Mihi quidem, quum talis esset, qualem commemoravi (nimium ad eò religiofus, ut sine Deorū consilio nihil arerit: adeo iustus, ut nemine in exigua quidem re noceret, profectus autem iis maxime, qui iplo urentur: adeo continens, ut nunquam id quod iudicandus esset, meliori anteponeeret: adeo prudens, ut in melioribus ac peioribus dijudicandis non erraret, neque aliter ad hoc opera egeret, sed ipse sibi ad cognitionem horum sufficeret, atq; etiam oratione proferte ac definire hujusmodi posset, ac ceteroquin etiã aliquem explorare, delinquentem arguere, ad virtutem ac honestatem hortari) ejusmodi vir esse visus est, qualis esse possit optimus & felicissimus.

Que regna, aut quæ victoriae, vel quæ doctrina tantum majestatis in homine aliquo possit, quantum integritas bonitatisque Zenoni Cirtioz Cypro philo sopho peperit? Apud G

eum enim, dum Athenis moratus est, cives portarum utriusque claves posuerunt, tutiores eas esse loco, quam quovis in templo putantes: certius illi, quamvis peregrino, communem salutem, quam illi con civium suorum credentes. Cujus virtutem ut populus Atheniensis, quanti à se facta esset, testatantur, aurea starna, corona insigni, donavit. Fulg. l. 2. c. 5.

Xenocrates, carissimus Platoni magistro discipulus, ei fuit Comes in Sicilia transmittenti, hebeti ingenio, sed severo, sanctisque moribus. Plato hunc calcareus, Aristotelem condiscipulum digne dicebat indigere. Eum Plato sic dilexit, ut jurantibus, illum de ipso male dixisse, non crederet: fieri non posse reputans, quin redamaretur ab eo, quem ipse tantum amaret. Hunc iudices pro testimonio jurare non sunt passi: rati, nefas esse, tam probo viro fidem probo non habere, etiam injurato. L. Vives in l. 8. Aug. de Civ. Dec. c. 12.

Isoocrates Atheniensis tria reliquit præclare acta vitæ monumenta. Primum perseverantia, quod cum octo & nonaginta annos vixisset, nunquam discipulos habere desuit. Alterum modestia, quod semper fuit à publicis negotiis atque cutis se junctus. Tertium, quod sibi libertatem rerum omnium carissimam fuisse delectavit. Post acceptum enim de pugna suorum infelici ad Charoneam nuncium, præ animi agritudine voluntariam mortem optavit. Pausan. in Attic.

BONI SIMUL ET INDOCTI.

Ex Tit. Principi indoctorum, quædamhuc trasferri poterit.

BONI PONTIFICES, EPISCOPI. E MULTIS ET

propè infinitis.

PAUCA EXEMPLA.

Consule Tit. Pontificum, Doctorum Ecclesiasticorum.

Zacharias Inatione Græcus, inter optimos Pontifices annumeratur. Fuit enim vir mirissimi ingenii, miræ suavitatis & gratiæ, omni virtute præditus, cleri ac populi Romani amator: ad iram tardus, ad misericordiam & clementiam promptissimus, nulli malum pro malo reddens, sed ad imitationem Salvatoris, malum in bono vincens: & adeo quidè, ut quos habuerat emulos & inimicos, eodem postea in quo Pontificatu honoribus & præmiis assecerit. Platina.

Paulus Pontifex, vir mitissimi ingenii, clementiaq; singularis, & adeo Salvatoris nostri imitator, ut nulli unquam







non minus, quam ab iniquis credibus. Amari a civibus cupiebat magis, quam honore affici. Cum populo humaniter, cum senatu honorifice verfabatur. Ejus virtutes copiose Dion. Niceus descripsit.

Hadrianum inter bonos principes numerandum censent quidam, quoniam liberalis, splendidus, magnificus ac clemens fuit. Nam & servum in se gladio furentem medicis curandum tradidit: & aegrotos bis terve in die invisit, & Alexandriam a Romanis everfam sua instauravit impensa: Romae Pantheon restituit, ac munera atomatica populo dedit. In senatu frequenter dicere solebat, se sic gesturum principatum, ut sciret, rem populi esse, non suam privatam: nimirum attigisset hoc, quod unum distinguit regem a tyranno. *Erasm. lib. 6. Apoph. & Plat.*

M. Antonin. Pius & Gallia Cisalpina originem trahens, imperavit cum filio Aurelio & Lucio ann. xxii. tanta cum modestia & benignitate, ut merito Pii cognomen adeptus sit, ac pater patrie appellatus. Nullus unquam principum pet omne imperii tempus ita omnibus fuit gratus: nemo ejus justa interfectus est. Dicitur majoris Africani illud B semper in ore habuisse, Malle se civem unum servare, quam mille hostes perdere. Alerius itaque ductu confecit bella, si qua sunt aliunde orta. Foedarum tamen pulcherrimum aliqui principatum multae & variae clades, partim caeli, partim hominum injuria ortae. Fames dira & terrae motus ingens, quo Rhodus & alia illustria loca horrendè concussa sunt. Incendium urbis cecox. urbanis insulis perpetua flamma consumptis. Narbo in Gallia, Antiochia, & forum Carthaginis per idem tempus deflagrarunt. Tiberis insolenti actu omnia loca inundavit. Unus ferè principum vixit sine ulla civium aut hostium strage, quantum ab homine providi potuit: & ob eam rem a plerisque dignus iudicatus, qui Numae conferretur. Ob hac merita, quae maxima sunt, populus Romanus mortuo & flammam & Circenses & templum & sodales Antonianos, lacrymantibus omnibus, constituit. *Plat. & Sabel. lib. 4. Enn. 7.*

M. Antonin. Verus cum L. Aurelio Commodo fratre annis decem & novem imperium aequo jure administravit, de Partibus triumphavit. Apoplexia subitò fratre, solus imperium obtinuit. Quem ob ejus praesentem in omni genere virtutum animum, mirari facilius quam laudare licet. A teneris annis ejusdem animi ejusdemque vultus in quavis fortuna semper est habitus: & quia benignitas naturae cum doctrina in eodem viro certabat, ab omnibus Philosophis merito appellatus est, Platonis sententia: quam semper (Capitolino teste) in ore habuit saepius repetitam, Tum deum florere civitates, si aut philosophi imperarent, aut imperantes philosopharentur. Germanos, Marcomannos, Squados, Sarmatas superavit, ac triumphum egit. Cum non haberet, unde stipendia militibus praebere, exhausto aetario, omnem Imperatoriam suppellectilem, omnemque ornatum uxoris, in foro Trajani, haste subjecit: superato hoste in patriam rediens, emptoribus pretia restituit: nemini tamen molestus fuit, qui reddere empti nolisset. Patria victoria, in omnes de Rep. meritis liberalis fuit. Tributa quibusdam provinciis remisit. Fiscalum titulum monumenta in foro congesta cremari iussit. Leges severiores novis constitutionibus temperavit. His rebus gestis factum est, ut ab omnibus ita diligenter amareturque, ut sacrilegi nomen incurreret, qui ejus imaginem domi non habuisset. *D. Plat.*

Alexander Severus unicum virtutis exemplar, senatus ac militum studio Imp. creatus: ad componendam Rem. viti superiorum principum labefactam, animum adiecit. Adjuutores ad hanc rem habuit Julium Frontinum virum doctissimum, Apianum & Paulum viros in Jure civili praestantissimos. Justitiam ita coluit, ut nemo unquam de illata ab eo injuria questus sit. Procul omni pompa & ambitione vixit: unde semel tantum, dum Consul esset, picta toga usus est. Si quis inter salutandum caput flexisset, aut blandius aliquid dixisset, ut adulator rejiciebatur. Turinum, qui munera accipiebat, quod magna esse auctoritatis apud Imperatorem videretur, in foro transitorio ad palum alligatum sumo necari iussit, praecone clamante: Fumo punitur, qui fumum vendidit. Pecunias, quarum mater Mammea, ut mulier, studiosa fuit, omnino contempsit. Lenonum vestigal & meretricum & exoletorum, in sacrum gratum inferri vetuit, idque sumptibus publicis assignandum censuit, quo & Theatrum & circus & amphitheatrum & stadium instaurarentur. Status sumorum virorum undique conquisitas in foro transito-

rio locavit. Thermas vero Antonian. Caracallae, quae hodie Antonianae vocantur, perfecit & ornavit. Templum Christo edificare voluit, eumque inter Deos recipere. Habuit praeterea Christum ipsum, Abraham & Orpheum in aetario suo. Toti igitur virtutibus insignis, juvenis admodum imperator creatus, bellum statim contra Persas suscepit, ac Xerxem eorum regem constantissime vicit. Disciplina militaris adeo severus emendator fuit, ut quasdam integras legiones exautoraverit. Qua severitate factum etiam est, ut militari tumultu apud Mogontiaticum in Gallia occideretur. *Platina.*

Probus rei militaris gloria insignis, suscepta Reipub. administratione, Gallias a barbaris occupatas ingenti felicitate restituit, quam fortis bellator, tam bonus rex. Apud Syrmium tamen vii acer & justus tumultu militari occisus est, anno Imperii sexto. *Plat.*

Sub Galieno Imp. in Gallia interfecto Lolliano, solus Victorinus imperavit, & filium Victorinum Caesarem appellavit. Sed quum corruptendis militum matrimonii vacaret, a quodam adhaero, cujus uxorem conspueraverat Agrippinae, cum filio, qui puerulus adhuc erat, est occisus. Vir fortissimus, & praeter libidinem optimus Imp. virtute Trajano, clementia Antonino, gravitate Nervae gubernando aetario Vespasiano, celsitate vitae Pertinacis, & severitate militari Severo comparatus a scriptoribus. *Cass. A. D.*

Decius Imp. bonitate Trajano aequatus, nomenque optimi principis iudicio Senatus meruit. Jus proconfulatus, tribunitium potestatem, ac censuram Senatui commisit, ejusque auctoritate Rem. geri permisit. Senatus cum luxu, & inter divos retulit, ac ejus nomine Decianus thermas in Aventino edificavit. Non immerito laudandus, si a Christianorum supplicis abstinuisse. *Idem.*

Corporis ac animi dotibus cum optimo quoque principe comparati Constantinus Magnus putat. Militaris gloria appetentissimus, in bello fortunatus fuit. Pacem petentibus libenter dedit, liberalibus studiis, ubi per otium licebat delectabatur. Liberalitate & gratia omnium benevolentiam sibi comparabat. Multas leges rogavit ex aquo & bono, superfluas abscidit, severas nimium emendavit. Urbem in Byzantii ruinis de nomine suo condens, eam Romae magnitudine aedificiorum parem facere conatus, secundam Romam vocavit: ut literae sub equestri ejus statua indicabant. Is ubi honestatem Christianae religionis intellexit, quae servare parsimoniam, paupertate gaudere, mansuetudinem colere, paci studere, simplicitate & constantia uti jubebat: eam ita complexus est, ut intrus ad bellum, non alio quam crucis signo uteretur. Tyrannos omnes a cervicibus Christianorum depulit, maxime vero Licinium. *Plut. ex Eusebio & aliis.*

Julian. Imp. egregius si domi, si foris ejus ingenium respicias. Nam & Eubolo sophista, & Libanio philosopho praceptoribus usus, liberalibus disciplinis ita erat imbutus, tum Graecè, tum Latine, ut cuius optimo principi comparari posset. Multae erat memoriae, ingentis facultatis, in amicis liberalis, provincialibus justissimus, gloriae cupidus. Verum haec omnia ad extremum everit, dum Christianos persequitur. *Idem.*

Gratianus, adolescens religione clarus, militia strenuus, apud Argentarium oppidum Galliae, uno praetò ad triginta milia Alemannorum, fines Romanorum vastantium, cum minimo suorum incommodo interfecit. In Italiam rediens, pulla Ariana heresi, totam provinciam ad veram Christi fidem redegit. Irrumpentibus Gothis, Theodosium Hispanum, socium imperii delegit. *Idem.*

Fuit Theodosius Magnus inter omnes Imperatores memorabilis, non solum quia propria virtute aequo ximio Gratiani Imperatoris iudicio ad illius est dignitatis culmen evectus: sed etiam quia in Imperio dignum se tanto fastidio praestitit, Rep. non solum fortunadine (Maximo & Eugenio tyrannis magna felicitate superatis) fed etiam pietatis Christianae studio fublevata: quibus laudibus proximè ad Constantinum accessit. *Sign. lib. 9. Imp. occid.*

Theodos. Jun. philosophum ita didicit, ut non eam verbo profiteretur, quem admodum cathedrae philosophi, sed opere exequeretur. Sic patientia ac clementia praestabat ceteris hominibus, sic passiones animi frenabat, sic nam ac libidinem concubabat, ut ratione vivere aperitissime a cunctis praedicaretur. Quum olim a quodam interrogaretur, cur se ledentes non morte condemnaret? Unam, inquit, mortuis vitam dare posset. Paucos morti adjudicavit, & mox

A mox mutato consilio, praesquam ad supplicium produceretur, revocavit, ob insignem clementiam. *Cass. A. D.* Justinianus magnus vir, inter paucos merito numerandus, princeps bello paeceque inclutus, ac veteris Romanae gloriae instaurator eximius, ac sine dubio honorum simul ac fortium Imperatorum Orientis extremus. Obijt anno imperii trigesimo nono, aetate 82. Christi 590. *Sign. lib. 20. Imp. occid.*

Tiberius II. Imper. a Justino juniore electus, natione Thrax, ut corporis statura procerus, facie venusta valde: ita ingenio liberali, comitate, mansuetudine, modestia, humanitate, justitia, sapientia, liberalitate, clementia in victos, pietate, fortitudine & felicitate nemini Imperatorum secundus fuit. *Euagr. l. 5. c. 13. Paul. Diac. l. 17. ver. Rom.*

Theophilus Imp. Constantinopolitanus, Justitiae cultor, gravem sese ac inexorabilem delinquentibus praebat, reum venalium curam habebat, & quanti quaeque venderentur, curiosè per forum transiens indagabat. Quod si quae magno venient, praefectò de iis interrogato, vel magistratum abrogabat, si peccasset, vel oburgato eo, quid agendum esset, praescribat. *Zonar. tom. 2.*

Alexius Angelus, Byzantinus Imp. neque oculos effudit, neque membra mutilavit, neque carnificina hominum delectatus est: neque ulla matrona, quamdiu imperavit, ob maritum interfectum pullam vestem induit, neque quilibet contumelias ab eo affectus fortunae suas deploravit. *Nicetas lib. 6.*

Palatium Andronici senioris Imp. non modò honestae disciplinae & omnis virtutis officina fuit, sed & eloquentiae doctrinaeque optumum gymnasium. *Gregoras lib. 8.*

Baldunus, Flandrae Comes, Byzantinus Imp. pius & modestus, ne impudico quidem aspectu mulierem intuitus, vacabat divinis laudibus, necessitatibus confidentes sublebat. Et quod maximum est, his qualibet hebdomade vespere proclamari jubebat, ne quis in suo palatio cubaret, qui alienam mulierem attigisset. *Nicetas.*

Hermion Rex Germanorum IV. a quo sunt Hermiones, quos Plinius nominat Heredones, die Herdoner, Mediteranè, die ass. dembarten evonem, ut sunt Svenones, Longobardi, Bructeri, Cheruscii, Ruedigini, Aniones, Varmi, Eredofes, Swardones, Nuthiones, Hermunduni, Natiscii, Marcomanni, Quadi. Vir hic fortitudinis, & felicitate in gerendis bellis clarus, unde nomen etiam accepit, Deer enim est exercitus. Post mortem inter sidera sedem fixisse, esseque Ursum majorem, quod & plauturum nominant, Germanis *der Heerwagen, oder Hermausagen*, putatur. Effigies etiam ejus passim in templis collocata fuit, & nominata *Hermans seu, vel Hermans seu*. Eratque statua nominis effigie cataphracti, qui dextra tenebat hastam, sinistra libram, in clypeo Leonem, quam Carolus M. in Saxonia inveniens, prius delevit. Obijt princeps armis, justitia & magnanimitate excellens. an. Mundi, 2114. *H. Henniges in Gened. regum German.*

Fuit Carolus magnus, si ejus res gestas tum domi, tum foris inspicis, vir bello paeceque summus, & justitiae literarumque cultor eximius, atque omnium Imperatorum post Constantinum Magnum, quem ut cognomine, sic virtute aequavit, sine controversia maximus, ac praecipuus Italiae restitutor, & Catholicae Ecclesiae assertor habendus. *Sign. lib. 4. regni Ital. & Plat.*

Ludovicus Pius Imp. natura clemens & humanissimus fuit D & jura Ecclesiae & dignitatem semper tutatus est. Instituit, ne Christi servi ulli servituti humanae subiecti essent, & ut unaquaeque Ecclesiae suos proventus haberet, unde sacerdotes vivere, ne ob inopiam rerum cultum divinum desererent, neve ob necessitatem qua tuos fed dederent. *Plat.*

Fuit Lotharius Imper. non minus pietatis quam virtutis laude, hominum memoriae commendatus. Virtutis elogium edidit Abbas Urspergensis, homo Germanus. Erat, inquit, strenuus belli ductor, praecipuus in armis, providus in consilio, terribilis inimicis Dei, & sanctae Ecclesiae: qui quamdiu vixit, totum Romanum Imperium titubare non potuit. Pietatis testimonium est apud Petrum Diaconum hominem Italem jam vero inquit, quis tanti Imperatoris animum non admiretur? Sederat (in Cenobio Cassinate) ad sedandas dissensiones fratrum in Capitulo, a prima diei hora usque ad vespertim absque cibo potuque perdurans, dum paci unitati- que consulere, nempe enim sub Imperii chlamyde, caelesti militabat Regi. Nam, ut ipse testis sum, in expeditione constitutus, summo diluculo Missam pro defunctis, dehinc pro exercitu, tertiam postmodò diei Missam audiebat: demum

viduis & orphanis cum Augusta pedes lavans, tergebat crinibus & osculabatur: cibumque illis & potum largè distribuens, quaesionesque & oppressiones Ecclesiarum prius relevans, ultimo in loco Imperium ponchat. Quamdiu vero in Cassinensi claustrò remoratus est, ita omnes officinas monasterii, ac si Abbas, vel Decanus, circuebat, scire cupiens, quomodo quisque sub B. Benedicti magisterio viveret, factoque mane orans, monasterii ecclesias nudis pedibus circuebat, & hac agens, nunquam a consorcio Episcoporum & Abbatum evelebat, & cum sapientibus sermonebatur. Erat caecorum baculus, esurientium cibis, miserorum spes, lugentium consolatio: atque ita in singulis eminebat virtutibus, ut omnes per se de haberet. Sacerdotes honorabat, ut patres, pauperes fovabat, ut filios, viduas, ut matres. Erat orationibus pervigil, lachrymaeque creberrimas contriti cordis Deo offerebat. *Sign. lib. 11. regni Ital.*

Otho I. Imp. pacavit Germaniam, & suam Saxoniam redegit in ordinem: munivit urbes, divisit in manipulos militiam: juventutem per urbes & agros exercebat ad arma: urbium indixit mundaniam, agris cultum sumum: ornavit Ecclesias, instruxit monasteria: aedificavit Imperium, marchiones quasi duces limitaneos constituit, ad Danos in Slevig, ad Vandalos in Brandenburgh, qui hodie permanet principatus. *Cranzins lib. 3. Metrop. c. 9.*

Omnis Italia post Odoacris Herali eadem, Theodotici Ostrogothorum regis Imperio cessit. Nullus Barbarorum regum libentius est Romae visus, majore studio & favore civium in urbem acceptus: nullum rursus in se mitiore est aut Roma aut Italia experta. Ipse vel quòd suspèctam haberit Romanorum fidem, five loci opportunitatem secutus, cura urbis senatui permissa, Ravennam concessit. Tam dextrè autem mansuetique regnum administravit, civitates & populos tractavit, ut cum Augusto Caesare, Trajanove, aut alio ex iis, qui optimi principum iudicati sunt, merito confertur poterit. Ad eò interdum vi in media Barbara praetura perveniunt ingenia, ut in mitissimis etiam gentibus nunquam pessima. Ravennae annos fuit circiter quadraginta, nec absens unquam destitit Romanum senatum per literas horitari, ne paterentur urbem multis cladibus alius super alias deformatam, senioque confectam, situ & qualore cooperatam jacere: sed publica urbis aedificia instaurarent, iisdemque auctores essent, ut privata instaurarent. Neque minus se venerabilem reddidit externis gentibus, quam quivis alius Rom. principum, qui longè potentissimus fuisse: tutatque est regnum non magis gratia & opibus, quam auctoritate: quae tanta in uno fuit apud Barbaros reges, ut non modò Italia absterent, sed ipsi etiam inter se aliquandiu pacatè egerint. *Sab. l. 2. Emend. 8. & Platina.* Optimus quibusque principibus comparandus, nisi extremo vite tempore Ariani dogmatis pernicia, Orthodoxos viros carcere & exilio, Boetium & Symmachum morte quoque affecisset. *Procopius.*

Theodoricus, Vestigothorum Rex in Gallia & Hispania, animi corporisque dotibus insignis, licet Romanorum importunis bellis laceratus: atamen cum videret extremam ruinam Romano Imperio, & toti Italiae ab Atila Hunnorum rege imminere, seipsum & totius Hispaniae vires contra tam formidabilem hostem objecit. In campis Catalanicis pro Romani imperii libertate cruentissimo praetò dimicans, equo delapsus, pedibusque suorum concussus, vitam victor jam matura senectute clausit. *Joan. Magus lib. 15. c. 20. H.*

Rotharis, qui Arialdo in Longobardorum regno successit, justitia & pietate insignis fuit: nisi quòd ad Ariano declinavit, passusque est, ut eodem tempore omnibus regni sui civitatibus duo Episcopi pari potestate praesent, alter Catholicus, alter Arianus. Leges, quae sola memoria & usu retinebantur, in seriem quandam redegit, codicemque ipsum edictum appellari praecipit. Hetruriam omnem & Liguriam cum ora maritima, Massiliam usque, in suam redegit potestatem. Anno sexto regni mortuus, Rodovaldo filio regnum reliquit. *Plat.*

Luitprandus, Longobardorum Rex, sapientia, prudentia, consilio plurimum valebat: ac ita manu promptus erat, ut nemo veteranus eo pugnacior haberetur. Justitia & clementia ita insignis, ut difficile judicaretur, utra in re majorem laudem mereretur. Huic in regno Aldeprandus nepos successit. Quo post menses sex defuncto, Rachisdux omnium suffragis rex decernitur, pius & religionis amator. Post quartum regni annum spreto regno, vitam monasticam amplexus est: uxorem & filios, ut idem facerent, adhortatus. *Plat.*



In Grimoaldo, Longobardorum rege, multae praeclearae corporis & animi dotes. Quaedam Rotharis regis edicto addidit, quae postea legis formam accepere. Corpore validus, animo in rebus agendis promptissimus. Plat.

Lamberto, Vidonis F. Regi Italiae, inerat honesta morum probitas, sancta & formidolosa reverentia, & quem juvenis ornaverat in corpore splendida, mentis canities decorabat sancta planities ille reipub. quam res publica illi ornamento tribuerat. Quod si non immatura morte praereptus esset, post Roman. unum totum sibi terrarum orbem subjecisset. Sigon. lib. 6. regni Ital. ex Luitprando.

Robertus, Hugonis Capeti filius, regnum Francorum a patre accipiens, fortitudine, justitia, modestia & religione insignis fuit. Eri rei militaris admodum studiosus erat, tamen ubi pericium licebat, ita Dei templa frequentabat, divinae officia celebrabat, ac si sacrorum omnium mysteris initiatus fuisset. Ferunt, cantum illum ejus inventum fuisse, S. Spiritus adit nobis gratia. His artibus non minus quam armis, crediderim ego Robertum conciliasse sibi animos vulgi, eoque a prima illa Caroli Magni stirpe ad genus suum novum transfuisse. Plat.

D. Ludovicus Francorum Rex, virtutis bellicae documentis datus, quietem & tutiorem & gloriosorem nactus, se totum religioni dedere, publice utilitati, decori communi inservire cepit. Arbitrum coercuit. Decentiae honoremque in sua cujusque civitate largitionibus parati coeperant: hunc morem gravi edicto solvit, sibi primum imperans, quod virtuti meritisque deberetur, fortunae aurove non dari. Histriorum, parasitos aula exegit. Pessilentia simul & fame orta, ut malum malo ferretur, cum nullam consilium, nullam humanam opem non adhibuisset, divinam etiam imploravit: publice obsecrationibus, privatim & arcanè (ut postea comperit) cuncto interiore usus, jejuniis, tergo flagellum lacero. In omnibus vitae partibus sanctus, cuncta ex usu dignitateque moderabatur: plebs parentem, nobilitas principem, leges custodem, Francia verum regem, religio vindicem sentire: in alienos maxime pius, in suos etiam liberalissimus. Emil. lib. 7.

Carol. V. Francorum rex, literarum & literatorum amator erat summus, & admirator. Jussit sacros Bibliothorum libros colligenter & verè transferri (nam Valentes alique pro libidine eos vertebant) rei Ecclesiasticae literarumque sacrarum perquam studiosus. Jus ex aequo ut dicerentur, in primis curabat, judiciumque frequententer aderat. In pauperes liberalis ac beneficus: propterea Sapientis nomen merito assecutus. Togatus omnino fuit, nec ex quo rex creatus est, arma unquam induit. Quidquid parti Joanni ablatum erat, ad omne ferme ab Anglis recuperavit. Praefecti belli, duces Andium, Burgundiae, Birurigum, ejus fratres: Dux Borbonius, & Bernard. Magister equitum, negotia illi feliciter conficiebant. In omni rerum genere lectissimos viros habere voluit. Chronicon Francorum.

Sisebutus, Hispanorum Rex, eloquio nitidus, literarum sapientia doctus, in judicis strenuus, ac praestantissimus pietate, mente benignus, gubernatione regni praecipuus, in bellicis documentis & in victoriis semper clarus. Roderic. Toletan. l. 2. verum Hispan. c. 17.

Ranimirus, Petri Aragonensium regis frater, monachus & sacerdos, fratre mortuo à magnatibus apud Oscam in regni folio collocatus, sororem Comitis Pictavenis in uxorem duxit. Fuit in praestis fortunatus, erga suos benignus, liberalis, adebat ferè omnes villas & castra regalia militibus largitus. Suscepit filiam Petronam, quae postea dicta fuit Urraca, Raimundo Barcinonensi comiti nupta. Cum esset nubilus, statim Rex monachus fuit suo monasterio restitutus. Monasterium suum Ecclesiae & possessionibus multis ditavit, quae adhuc hodie possident in Aragonia & Navarra. Idem lib. 6. verum Hispan. c. 2.

Nihil Saladinus Sultano Aegypto ad summi regis gloriam desuit, nisi veritas religionis, quam ille suscepam à patribus falsam, serventissimè defendit. Et ubi concessit naturae, justitiam in haera circumferri camianam, praecone clamante: Hanc secum fert mercedem Saladinus, Asiae domitor, gentium victor. Crantzius lib. 7. Metrop. c. 26.

In Oivardo Northumbroreum rege mira fuit sanctitas, mirum pietatis studium, nulli unquam malum pro malo reddidit: nec immemor illius veteris ac divini verbi, a fructibus eorum cognoscetis eos, de omnibus juxta bene meriti cupiens, identidem agrotantium cubicula circumire, morbo affectos verbis & muneribus levare, nexos solvere, aut cu-

stodia liberare, alieno aere creditorebus soluto; pupillos v. E. duasque circumscriptorum fraude pressos ab iniuria tueri aereque paternae charitatis, ac circumscriptores punire sequebat. Polyd. lib. 4.

Alfredus Anglorum Rex, summè favebat ingenii, fovebat hominum dignitatem, amplectebatur nobiles, & omnes denique diligebat, in quibus virtus inesser. Memoriae quoque prodium est, eum haud facile pati consuevit, quempiam in sacerdotum Collegium venire, nisi vir probus, atque homo literis institutus esset. Et quoniam per paucos admodum tales apud se esse credebatur, idcirco undecunque viros vitae sanctitate & doctrina claros accererebat. Nullo praeterea non virtutis genere claruit: omnibus enim hominibus, praesertim indigentibus, de re familiari sua libens impartitus, ac justitia in primis servavit: quippe qui ut nocentes merita poena semper affecit, ita innocentes mira charitate fovit. Clarissimus item omnium regum bellicis artibus, cum haud quisquam eorum unum plurimum bellorum victor fuerit. Idem lib. 5.

Gulielmus, Roberti Normannorum ducis fratris, animi magnitudine, ac rei militaris scientia praestans, & fortuna bellicè secunda felix, vita continentissimus, ac sine suspitione ullius vitii, ingenio sagax, gloriae cupidissimus, laboris omnis, vigilantia, frigiditasque; etus patientissimus, statuta proceræ, & corpore valde crasso. Casio Haraldus in Anglia regnum adeptus est, novique legibus ac institutis in perpetuum, ut apparet, duraturus, firmavit: sic ut ab eo posteriores seriem regum inchoaverint, & perinde ac si de integro ille regnum ipsum instituisset, regesque qui secuti sunt, quasi similes sint, ut nunc vitur, insignibus regibus, quae dedisset eum reges qui ante id tempus fuerunt, sua quisque insignia habere sunt autem tres insignes leones jupati, cum totidem floribus lilii. Obijt anno regni vigesimo secundo, aetatis septuagesimo quarto, Christi 1088. intelinorum equi saltu laerorum dolore. Idem lib. 5.

Stephanus Anglorum Rex statuta corporis decentissima, optimo habitu, maximeque viribus fuisse traditur. Animi virtutes multae, atque illa quaedam egregia fuerunt: bellandi peritia summa, clementia & lenitas ac adversus omnes liberalitas maxima: nam licet in continuis fuerit bellis, parva vel nulla a populo tributa exegit. Vita verò quibus facili notatus sit, non reperio, praeter illud, quod regnandi gratia jus violasset, Matilde Henrici I. sororis, ad quam jus regni pertinebat, deiecit. Polyd. l. 12.

Edoardus III. Anglorum Rex clementissimus, liberalissimus sanctissimus, sic ut vivens miraculis claruerit, & mortuus in Divorum secreta numerus. Unus omnium ferme Anglorum regum qui nullis vel levibus deditus fuerit vitis. Polyd. lib. 8. & 19.

Ricardus Anglorum Rex, is, qui Joppen instauravit, & nisi impiis Gallorum armis retractus fuisset, de Saladino triumphum egisset, & Hierosolyma recuperasset: statuta corporis fuit iusta, laeta & honesta facie, in qua multum gratiae gravitatisque inerat: sed quo pulchrior corpore, hoc animi altitudine praestantior: unde non immerito Cor leonis vocatus est. Militibus indulgens, in amicos & hospites munificus, hostibus durus & implacabilis, dimicandi cupidus, quicquid fugiens, promptus in periculis, ac nullo metu perterritus. Si virtutes, si aetas, si denique quae bella gesserit, ex aequo considerentur, vitia aut omnino nulla, vel pusilla in eo fuisse reperientur apud vulgus enim notatus est superbia, quae plerumque animi magnitudinem sequitur: nec libidine, quam juvenis patitur aetas: & demum avaritia, cujus insamiam Duces & Imperatores, pro bellis gerendis passim ab omnibus amicis patitur atque immitis pecuniam, quae maxime opus est, exigendam curantes, haud facile vitare queunt. Idem lib. 4.

Henricus V. Anglorum Rex, unicum decus & lumen patriae fuit. Nemo vir animi celsitate & magnitudine ac virtute clarior natus, nemo pietate praestantior, cujus desiderium etiam nunc apud mortales patitur permanere, atque à principio apud suos fuit. Ubi per vulgus fama mortis ejus pervasit, cuncti generatim subito dolore conciderunt, quibus ita maior omnes ferme mentis partes ademerat, ut more infanctium, passim fortunam inculerent, quae tantam gloriam patriae invidisset. Nam regis immatura mors, quantum spei potuendi Francorum regni Anglis ademit, tantum recuperanda libertatis ipsis Francis fecit. Quo circa fuere, qui suspicantur, illum interitus veneno. Regnavit ann. lxx. vixit ann. xxxvi. Obijt anno Sal. 1421. Idem lib. 22.

Henricus VI. Anglorum Rex, statuta proceræ facie decoratus, in qua continue rediebat illa bonitas animi, quae maxime praeditus erat. Abhorrebat suapte natura tam corporis quam animi vitia omnia, jam inde è puero honestus fuit, integer, ma-

Alii experts, boni capax, contemptor rerum omnium, quae animos mortalium labefactare solent. Item injuriarum, quibus identidem affectus est, (bis enim in vincula ab Edoardo IV. regni invasore coniectus est) sic patiens, ut non vindictam appeteret: sed ob illud ipsum Deo opt. max. gratias ageret, quod per id sua delicta dilui putaret. Qui, quod vir bonus, gratus, pius, modestus, sapiens, tot sibi mala cum suis, tum suorum majorum per multis peccatis vitii quae venisse praedicabat. Itaque regno exutus, & filio unico Edoardo occiso, non quam dignitatem, quos honores, quem vitam statum, quem filium, quos amicos amisisset, magno petere cogitabat, aut dolore torquebatur: sed in qua apud Deum offensam esset, id curabat, id lugebat, id dolebat. Haec & ejusmodi verè sanctitatis officia fecerunt, ut ejus nomine, dum vivebat, miracula à Deo edita fuerint. Ex quo Henricus VII. rex cum inter Divos referendum apud Julium Rom. Curare ceperit: sed morte post statim obita, ad officium praestare nequirit. Bonarum artium studia mirabatur, & eos diligebat, in quibus eas esse videtur. Idem lib. 34.

Ethfridus, rex Scotorum, vir ad pacem justitiamque colendum natus: sed quod cum vicinis populis, Britonibus, Anglis, ac Pictis, cohaerent Eugenius pater & Mordacus patruelis, ante eum reges, servavit. Regnum maleficis purgare, imbellem tueri plebem, & religionem sanctam colere studuit. Opes itaque sunt eo imperante per 30. annos Scotorum apud. Gradatores enim, & qui litrem cetero inter nobiles, aut agrestibus quoquo modo infecti esse consueverant, per eum sunt sublati. H. Boetius lib. 9.

Majus rex Scotorum III. pace cum vicinis confirmata, domi subitatis faciporosis, factorum ritus diligenter Aegyptiaco more subeundo, tantum sibi justitiae & pietatis opinionem paravit, ut eum laedere volumus nefas tam civis, quam peregrini existimarent. Vitam finit, & magni sui desiderium apud omnes bonos reliquit. A. M. 3703. regni 29. H. Hennings. in Geneal.

Kennethus Scotorum rex, & aetatis & toga clarus, Pictorum regnum evertit, optimis legibus remp. instituit. H. Boetius lib. 6.

Gregorio Scotorum reginater nativus quidam pietatis cultus, anteaque in sermone lententiarum gravidam pietatis verbis notatus modum; ac tam exquisitis moribus, ut quicquid diceret, quicquid ageret, quae turba examinata putaretur.

Ceplebs eius vita fuit; abacta venerè, perpetua castitate insignis: ab adolescentia formata institutus, quae à lubrico retardaret Cibi potusque salubri parsimonia, parcos somniisque mulierum consortio. Auxit viro decus animus, quem & in urbanis rebus honestatis, aequi administratione, & in bellicis rebus habuit. Quicquid Scotorum regno ab Anglis, Danis & Britannis ademptum erat, armis feliciter recuperavit: Hyberniam subegit, regnum tamen pupillo restituit. Idem lib. 10.

Kennethus II. Scotorum rex, ut suo exemplo populum doceret, omne turpitudinis genus perotos, curras, menfarios, adulatores, parasitofque in aula vertari solitos, regis prohibuit adibus, amicitiae cum domesticis & exteris diligens cultor, intellexit nationem ad eum detestatus, ut domesticis litis auctorem, si qua fuisset suscitata, severa ultione ad necem infestaretur. Idem lib. 11.

David I. Scotorum rex, justitiam ubique & pietatem, quas à parentibus acceperat, magna cura observavit. Regnum suum totum majorem ritu, justitiae causa, perlustrans, pauperum ipse cum magna comitate audiebat causas: magnatum, ad alios rejiciebat iudices. Si quis injurias ab aliquo iudice passus fuerat, eam protinus justitiae sarciebat iactura. Cupedias atque popinas è regno eiecit. Caenobia quiddecim partim in regni iudicio, partim ubi bellum, quod cum Anglis gessit, sedatum fuit, extruxit, magnique dotavit reditus, tum Ecclesiasticis, tum urbanis. Idem lib. 12.

Algotus II. Sveonum & Gothorum rex, nomini suo reipfa satisfecit, pater patriae. Cui, sublaro Gostago, tyranno crudelissimus, successest Arthus filius, quem nonnulli inter novem praestantissimos principes collocare volunt: quamvis nonnulli sint, qui eum locum Arthuro Britanno assignent, principi quidem ob iterum gestatum magnitudinem incomparabili, cui tamen hic Arthus Svecicus in nullo cedere videtur. Praefuit ille multis populis & regnis, hujus autem imperium fluvijs Tanais ad Orientem, & Albia ad Occidentem, longissimo terrarum tractu continerebat. Ille Christianus, hic Ethnicus fuit. Ille circa annum à nato Christo quadringentos septuagintahic anno sexcentesimo trigesimo imperavit. Ille imaginem B. Virginis Mariae scuto suo impressam; hic tres coronas Svecici regni insignia habebat. Erat hic Arthus in omni morum honestate adeo conspicuus, ut ejus nomen apud Gothos ex-

cellentissimo & optimo cuique adaptetur. Ejus familiares E domo non secus ac agni convalescentes, fors contra hostes leonum ferociam imitabantur. Erantque proverbii vite acceptum, ut Germani proceres eum satis laudare viderentur, quem Arthi Svecici familia dignum affirmarent. Sunt adhuc nostro aeo nonnullae domus Arthi, quae illustres appellant in oppidis Vandalicis secus mare Germanicum (ut potè Gedani & Sendis) in quas honestiores cives sese laxandi animi causa, perinde ac aliquam summè honestatis scholam, frequenter recipere consueverunt. Plurima bella in Moschos, Livones, Curetes, & alias vicinas gentes feliciter gessit, nomenque suum cunctis per Europam nationibus formidabile & gloriosum effecit. Abique liberis decedens, in regis monumentis apud Upsaliam collocatum est. Io. Magnus l. 8. c. 41.

Carolus vetustus, Sveonum & Gothorum rex, justissimus & clementissimus, virtutum amore subditos in officio, hostes externos in timore continuit, sic ut & pacarum & diuturnum habuerit imperium. Idem l. 4. c. 2.

Sanctus Ericus, nobilissimi Laduardi filius, qui circa annum Christi MCL. Sveciae rex creatus est, in tertenti regni fastigio constitutus, caelestem & angelicam vitam ducere videbatur. Leges tales ex aequo & bono constituit, ut non à rege in cives, sed ab indulgentissimo patre in charissimos liberos excogitatae crederentur: quibus etiamnum hodie utuntur. Floruit sub eo Henricus; Upsalensis Ecclesiae Archiepiscopus, ad cujus consilia plus rex omnem vitam suae vigiliis frequentior, in jejuniis crebrior: afflictiorum consolator, oppressorum adiutor, pupillorum & viduarum tutor. Nullus in elemosynis liberalior, nullus in conversatione benignior, nullus in iudicio justior, in penitentibus clementior. Carnem suam jugi cilicio castigans, recte rationis imperio obedire coegit: & ut omnem peccati fontem ab ea prorsus auferret, pragelidam aquam inflavit conseruaverat, dum ad libidinis ardorem stimularetur. Habebat conjugem pulcherrimam, Chistianam, Ingonus Sveonum & Gothorum regis F. sed prolis causa, non libidinis ad eam accedebat. Tandem à Danis procerum infunctu, quibus pietas ejus molesta videbatur, per insidias necatus est Anno 1160. & postea Sanctorum catalogo illatus. Idem l. 4. c. 19.

Ericus Sveonum Rex, Balbus dictus (cum à sanctorum Regum progenie, videlicet à S. Erico abavo, à Canuto avo, & Erico patre descendisset) quamvis impeditioris linguae, & claudi inaccessus esset, tamen hos naturae defectus tanta morum probitate compensavit, ut à Deo donatus potius, quam per humanam electionem assumptus videretur. Justitiam cum clementia ita temperabat, ut in dubio relinquereque justior, in clementior esset. Canutus Folschungus, qui Helemtan foretem ejus in conjugem acceperat, contra eum conspavit. Ericus à Canuto Anno 1220. acie victus, & Svecia pulsus, collectis apud Ostrogotos copiis, regnum casis conjuratis recuperavit, per viginti octo annos. Idem lib. 9.

Haquinus Russus, Gothorum & Sveonum regnum sine caede & sanguine assequutus, nullus unquam sanguine manus suas contra leges & justitiam cruentavit: sed omnibus clemens & benignus effectus, ab omnibus suis ut pater amabatur, & ut dominus timebatur: nullaque bella totis tredecim annis, quibus regnavit, aliis intulit, nec ab aliis illata sustinuit: sed domestica pace contentus, ostendit se magis curare suorum civium salutem, quam quod eos hostium gladiis mactandos objiceret. Tandem apud Vestrogotos (apud quos esse, & vivere coeperat) ex gravi agitudine obiit. Idem lib. 18. cap. 8.

Stenchillus, Olavi Schoikogonung ex sorore nepos, Sveonum & Gothorum rex, post Haquinum Russum piissimus, justissimus, fortissimus, armis patriam defendit contra Danos, legibus praeclearis instituit. Tribuunt huic Sveciae historiae corporis molem giganteam, quae incredibilè sagittariae artis industrium: de qua non minora referuntur, quam Svetonius Tranquillus de sagittaria arte Domitiani commemorasse videtur. Post multa clarissima gesta apud Vestrogotos vitam & regnum morte commutavit. Idem l. 16. c. 9.

Jago post Stenchillum, nulli optimorum regum postponendus, in bellicis rebus strenuus, in Christiana fide propaganda sollicitus, sic ut publica voce circumferretur, ipsum nunquam contra leges patriae deliquisse. Bello contra Danos suscepto, Schonungiam subjugatam occupavit, sed nonnumquam insidiis trucidatus est. Idem ibid.

Cindalvindus, qui post Tulgæ mortem Gothorum regnum in Hispania occupavit, omni reliquo virtutum genere conspicuus







